2

Sermon de [illegible] Portugal — P.

Sermon 2 en las honras de Dª. [illegible]

Sermon 3 por el Dr. de Cardenas en [illegible]

Sermon 4 [illegible] de Borja con [illegible]

Sermon 5 de S. Juan [illegible]

Sermon 6 en la Beatificacion de S. Estanislao

Sermon 7 de S. Joseph de Loyola

Sermon 8 en las honras de [illegible] ala [illegible]

Sermon 9 en las honras del Dr. Carlos 2 en Alcala

Sermon 10 en las honras del [illegible] 2 [illegible]

Sermon 11 de S. [illegible] por Dr. [illegible]

Sermon 12 en [illegible] de S. [illegible] de Mª.

Sermon 13 de S. [illegible] por Gamir

Varias Conclusiones Theologicas en capitulos de Relig.

Relacion discreta de unas celebres fiestas de las [illegible] de Sevilla

Est. 12. Tab. A.

INNOCENTIAE DIVINAE CVM HVMANO SCELERE CERTAMEN

ORATIO

HABITA IN DIE PARASCEVES

AD S. D. N.

INNOCENTIVM X.

In Sacello Pontificum Vaticano.

A IOSEPHO MARIA REQVESENIO
SOCIETATIS IESV.



ROMAE,

Typis Hæredum Francisci Corbelleti. 1648.

SVPERIORVM PERMISSV.

ORATIO.



DSVM B.P. hodiernā luce inter orbis gemitus atque suspiria nō tam orator, quā inspector prodigiorum, dum nō Moyses Exod. 9.
geminatis ictibus virgæ verberans aquas durissimæ seruitutis excussit iugum, sed diuinus amor innumeris propemodū criminum virgis indutum carne Verbū propter generis humani libertatem ad necem, crucemque funestissimam verberauit. Et ne modò prę-ficis eripiatur ab oculis oratio lacrymarum quibus silente lingua iure perorandum esset, vt
deflētibus Angelis vnū sit Cœli Terræq. funus, Isaiæ 53.
breui persequar quî diuini Patris innocentia cum lerna criminum congrediens inhumanā hominum, ne dicam belluinam crudelitatem experta est. Ergo in primæ arenæ vestibulo nempè in horto vbi prima spinarum semina

conſeuerat Adam in ipſo vagientium deliciarũ exortu primò cecidit corporatum Dei Verbũ,
Matth. 13. ac Diuinitatis Lilium inter humanorum ſcelerum ſpinas propè ſuffocandum: & vt ſolum ſpinarum aculeos excipiat, diuellitur à ſuis.
Lucæ 22. Sed en iterum Beatiſsime P. Deus in horto aduocans nouum innocentiæ Adamum filium ſuum primogenitum, qui audita Patris voce non extimeſcit, non latebras quærit ad perfugium doloris, non illius refugit aſpectum, cuius ipſe eſt ſplendor & lumen, ſed prouolutus
Ad Heb. 1. in genua voce ad lamentabilem ſonum inflexa, non mea inquit Pater ſed tua voluntas fiat.
Lucæ 22. Lubens accipio in hoc portentoſo ſpinarum paradiſo pœnarum imperium ampliſsimum humani ſceleris patrimonium, vbi terrenus Adã accepit opulentum naturæ gratiæque principatum. Et ne deeſſet oleum quo inungeretur ad
Lucæ 22. ſceptrum integrum corpus per venas effundit, quia non alio dolorum rex, & Sacerdos inungitur oleo quam ſanguine. His ſanè dolorum auſpicijs initiatus ad pœnas profligato metu, ac pauore, inunctusque oleo exultationis cruciatus ſuos adire mauult, quam expectare: decebat quippè properantem ad mortem ex itineribus æternitatis, vt morti iam proximus extra caſtra procurrens, hoſtes prouocaret ad pugnam, & qui votis plerumque præcucurrerat in dolorum
Lucæ 12. amplexus, nũc nouo amoris impetu precurreret

greſ-

grẽſsibus. Ad aſpectum Dei exercituũ armatur obſequijs Iudas: vt ſub inſidioſam amoris ſpeciem venenum ſecurius propinet amanti. Preſ- Matth. 26. ſit impudentiſsimi oris oſculo, nimirum amoris, & fidelitatis Symbolo, Diuinitatis labia, quæ cum melleos ac lacteos depluant riuos ad ſpon- Cant. 1. ſæ delicias, vbi primum ad contactum ſacrilegum venere, illico cœperunt eſſe oblectamenta dolorum, & pœnarum lenocinia. Ad prodi- Marci 14. toris oſculum velut ad belli teſſeram procurrunt debacchantes Iudæorum furiæ tædis armiſque, & quia hæc erat hora poteſtaſque tenebrarum ſempiternus capitur dies, vt captiuo S. Aug. cap. 18. in Ioan. iuſtitiæ ſole tenebræ dominentur. Ergo captus Thren. 4. in peccatis noſtris per dolum cui dolus non erat, ac vinctus ſcelerum funibus, qui ſoluit 1. Petri 2. Ioan. 18. vincula captiuæ filiæ ſion ad Sacrum Iudicis fo- Iſaiæ 52. rum raptatur, quò ſeniores hoc eſt ſcelerum fautores, & adminiſtri conuenerant, vt Ieſum morti traderent. Comitia adumbrata ad ſpe- Matth. 26. ciem veritatis, dum furiæ ſpeculatrices, ac vindices non tam facinorum, ac ſceleris, quam ſanctitatis, & amoris, capitalem Deo calumniam Ibidem. inurere per dolum pertentant, ac moliuntur. At vbi ne temeraria quidem teſtium improbitas ſuffragatur, ex ipſo veritatis ore calumniam extorquere conatur Sacerdos impietatis: ſed Sap. 7. quid labes quæris in innocentia, quæ candor eſt Zacchar. 3. lucis æternæ: ſordidatus quidem eſt Ieſus non

 ſuis

ſuis ſed flagitijs, quibus viuebat; nedum ſordebat orbis terrarum; vt crimina reperias, tua quæras in redemptore flagitia, quæ vt comprobes, ne voces in iudicium falſos teſtes; ſed proh quantum impudentiſſimi ſatellitij in ſcelerum regia ſuo principi non abſimilis per eã noctem vere ſolitariam, nec laude dignam inſaniuit im-
Iob. 3. manitas ad ludibrium diuini Numinis, & ad horridum oblectamentum impietatis; ad acerbiſsimæ rei memoriam vehementiſsimè perhorreſco, & attonito doloris ſenſu commotus feritatem, & immanitatem belluarum in figura
Marci 14. hominũ agnoſco: ſputis deturpant Dei faciem, hoc eſt, ſpeciem candoremque cœli, ſibilis ac
Iob. 38. maledictis conſcindunt, quem laudant aſtra matutina, barbam & capillos per ſummum dedecus euellunt, cuius beneficio ſyderum crines inaurantur, probris omnibus vexant Dei maie-
Daniel. 13. ſtatem, & Diuinitatis Argum futurorum inſpe-
Marci 14. ctorem antequam ſint, velo obductum cæcutire dum credunt veluti perſonatum hariolum funeſtiſsimi ſanniones illudunt, ac flexis ad irri-
Matt. 26. ſionem genibus vaticinium contumeliarum
Thre. cap. expoſcunt. Quam bene Domine Ieſu vigilauit
1. ver. 14. iugum iniquitatum noſtrarum, dum ante tuæ diuinæ innocentiæ fores vigil impietas excubãs pœnas ab innocentiſſimo parente repetit, non
Iſaiæ 1. à ſemine nequã, filijs ſceleratis: ſed ò vicem de-
Pſal. 13. ploratam patientis Dei, intus ore impiorum, ac

vene-

venenatis aſpidum labijs per inauditam impudentiam deluditur, ac dilaceratur: foris à diſcipulo; cui Eccleſiæ principatum deſtinauerat Matth. 16. deſeritur, oppugnatur: deſertus tamen à diſcipulo diſcipulum non deſerit magiſter, & exemplar caritatis, cui enim prope merſo ſub vndis Matth. 13. admota dextera opem tulerat, in ſæuiore ſui ſanguinis tempeſtate oculos admouet, ne turpiori naufragio ſorbeatur. His tamen obtuti- Lucæ 22. bus ſibi reſtitutus præ nimio amoris, ac doloris ſenſu, eliquatus in lacrymas, foras egreditur è concilio impiorum, quia minus aptus dolori locus aula eſt, vbi patrantur crimina, non deflentur. In his cruciatibus noctem integram tranſegit innocentię ſol teterrimis ſcelerum vaporibus deformatus. Vbi primum diluxit no- Iob. 17. ctem verterunt in diem quacumque nocte funeſtiorem, dum è ſacro ad profanũ forum violatis ſanctimoniæ legibus cauſam traducunt. O ſcelus, ò portentum: inter ſacros religionis antiſtites ac patronos aſylum habet impietas, exul deturbatur è patria ſede, velut ſacrilega innocentia: vidiſſes mane facto captiuum ſolem nefarijs ſtipatum ſatellitibus atrato dolorum amictu obuolutum ſemitas vrbis perluſtrare, ſed in tenebrarum Principis regno, vbi pompã ducit impietas retrahit diuinos ſuæ lucis radios, vel ipſe ſplendor paternæ gloriæ: calum- Hebr. 1. nijs in pretorio vexatus ſilet, quia nouerat quid-

quid

S. Hieron. apud Corneliũ à lapide in c. 26. Matth. quid respondisset detorquendum ad calumniã, inuicti tamen silentij patientiam admiratus Præses, vt tam obstinatum silentium abrumperet, oblatas criminationes iterum obijcit depellendas. Vides, inquit, in quantis te accusant; sed obmutescit os Patris apud iniquissimum Romani Præsidis tribunal tumultuante furore, perorante mẽdacio, vbi rea est veritas vbi nullũ æquitatis forum, vel iuris vbi testes mendaces, & improbi filij hominum ab inferis excitati ad improbitatis patrocinium, ad innocentiæ diuinæ lanienam: sensit profectò Iudex innocentiã iniquissimis calumnijs vexâtam, vt tamen scelerum administris flagitiosissimus Princeps cõniueret, quem publicè innocentem proclamat, per improbam clementiam fustuario destinat: itaque in scelestissimo nudatus atrio qui vestit agri lilia, ad ferale saxum obligatur vbi ab omni membro crudelissimè lacerato tributũ sanguinis exigit nimis auara, & auida lictorũ efferata barbaries. Virginalis tellus flagellorum aratro proscissa ab impijssimis agricolis non suos aperit vindictæ sinus, vt nequissimos sicarios absorbeat, sed ferrum intra sui viscera souet, atque complectitur, vt inde copiosa redemptionis seges vberius pullulet ad messem: exaruisse crederem venas ad impiam carnificinam, ni prouidus amor partem reseruasset, quo capitis diadema, & principatus insignia purpurascerẽt.

Matth. 27. Marci 15. Psal. 61. Ioan. 19. Lucæ 12. Psal. 128 ex versione hæbrea Matth. 21. Psal. 129.

Pe-

Peractis dixerim cœdibus non ad satietatem perfidiæ, sed ad virgatorum requietem crudelius sæuit ferina rabies nullis adhuc exsatiata vulneribus. E columna ducitur ad spinarum regnum cui tellus dolorum, ac scelerum patria, Gen. 3. vt tributum persoluat, spinas profert coronarias, quia in regno nequitiæ dominante furore non aliud coronarium ornamentum caput innocentis exornat quam quod crudeliter torquet, & cruciat: spectant interim cœli ciues vepribus coronatum regem suum, spectat amor, Cant. 3. sed deflētibus Angelis ille inter beatarum mentium lacrymas triumphum agit, cui pretiosius Isaiæ 33. est sentibus, quam syderibus coronatum Diuinitatis caput. Hæc Dei spirantis effigies aliquā doloris commiserationem iniecisset profectò in efferatos Iudæorum animos, ni assiduitate facinorum sensum omnem humanitatis exuti, sæuire solum didicissent; & dum criminis loco putant, quod viueret, congeminatis vocibus inclamant, Crucifigatur. verum non est qui adeo Matth. 27. suauiter demulceat diuinas aures tantus, & tam dulcis sonus, quam hic inconditus Iudæorum clamor, quò iniquissimè postulatur ad necem; his tamen carminibus, non Lunam è Cœlo in Terras deducunt, sed filium Dei syderum conditorem veluti excantatum ad Crucem compellunt. At insanientes contradicentium clamores non expugnassent Iudicis animum, ni

suum

ſuum etiam edidiſſet latratum ambitio; irrita
ſane, ac vana Iudæorum odia; ni crudelius am-
bitionis odium decertaſſet; vbi enim cæca, ac
vehemẽs regnãdi libido dominatur, caſſum eſt
ac leue innocẽtiæ præſidium, & vbi pectus am-
bitione diſtentum tumet, ne quæras crimina,
maximum crimen ipſa eſt innocentia: itaque
meticuloſus Iudex qui Iudæorum odio non ſuc-
cutitur ambitione deijcitur, & veritus offenſio-
Ioan. 19. nem Cæſaris non Cæſarũ regis ad tumultuan-
Marci 15. tis populi ſenſum, ac libidinem ſententiam cõ-
mutat, & quem proculcatæ innocentiæ religio-
ne tactus iudicio abſoluerat, iniquiſſimo iure
damnauit ad Crucem. Ergo diuinus Atlas in
dolorum regno humeros ſupponit non cœlo,
ſed Cruci, quam iniquitates omnium noſtrum
ſupra innocens dorſum iniquiſſimè fabricarũt.
Pſal. 128. Ne tamen præmoriatur ſub Cruce, antequam
Lucæ 23. Crucem aſcendat, patibulum diuellunt ex hu-
meris non humanitas, ſed immanitas lictorũ,
ac rabies quę ad breue temporis momentum
ſolutum volunt, vt ferreis clauorum vinculis
crucient, ac vinciant in patibulo diuturnius.
Ferali in ſolio euectam Dei maieſtatem conui-
Matth. 27. ciorum obſequijs conſalutant crudelitatis hy-
ſtriones, & vt extarent monimenta ludicræ ma-
ieſtatis ad memoriam ſempiternam turpitudi-
nis, hac ioculari epigraphe titulũ crucis exor-
Ioan. 19 nant; Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum: ita ne-

diu

diu luſeras Deus in orbe terrarum, vt nunc ex Sap. 8.
luſore ludibrium,& abiectio plebis: O miſeras Pſal. 21.
Diuinitatis vices,qui luſeras delicijs, deluderis
cruciatibus;ita vicem rependunt humaniſſimo
Deo barbari ludiones,at dum ludum, & iocum
inſtituunt contumelijs ſeriò cum mortalibus
agit Deus maleficia beneficijs obruendo: ita
plane dum rapuit hominum mala omnino à
Diuinitate aliena, vt traderet bona ſua tamquã Galat. 2.
rapinæ reus inter latrones medius collocatur: Lucæ. 23.
nouit latro latrocinijs aſſuetus noſtrorum ma-
lorum raptorem Deum, & vt copioſius illum
ditaret rapinis, vltro obtulit mala ſua conſti-
tuendus ſuper omnia Diuinitatis bona. O Di- Matth. 25.
uini amoris immenſum prodigium,ò porten-
toſam Charitatis vindictam in tabulis humani
cordis calamo charitatis exarandã, ne vnquam
ex hominum memoria dilabatur. in hac dolo-
rum, & irriſionum nocte obſcuratus eſt ſol im-
mane deploraturus excidium æterni ſolis, ſic Matth. 27.
luget mundi oculus, cui tenebræ lacrymæ ſunt.
Hoc inopinato tenebrarum portento nõ tem-
perantur ab iniurijs, & maleficijs amatores, &
miniſtri tenebrarum, ſed ad horrorem deplo-
rantis, & nutantis naturæ nouas inferunt pla-
gas,nouas inurunt maculas iuſtitiæ ſoli ſuum
in occaſum præcipitanti, verum hæ ſcelerum
notæ innocentem ſolis lucem non commacu-
lant,ſed condecorant. At quid humanæ ſeui-

tiæ,

tiæ,ac perfidiæ noua portenta commemorem,
Psalm. 68 Christus Dominus auidissimus fellis nostri in delicias sitis suæ degustans felleum poculum propinatum â milite consumato die pœnarum expirauit. Sic vixit nostræ saluti Christus mo-
Gen. 3. riens, qui dũ homines inobedientes sensit dum creat, parricidas nouit dum recreat; & sanè qui seruator in prima sanguinis effusione procla-
Lucæ 2. matur, nunc in effusione spiritus seruator efficitur: Quis tamen profecto non putaret extinctas militum iras extincto Deo exercituum, eo tamen expirante, non expirarunt, en superest seuitiæ portentum miles impius despumans ex ore scelus, & anhelans ex imo pectore crudelitatem, qui cor diuinæ vitæ præsidium transuer-
Cant. 2. beret, sed vulneratum charitate cor semper patens ad vulnera nouis excarnificatum vulneribus non feruet in iras, sed mamillam aperit lacte manantem, vt quos procreauerat in dolore filios dulcissimo suæ diuinitatis nutriret lacte,
Oseæ. 2. ne succo viuerent alieno. Hæc sunt sceleris
Isaiæ 60. nostri, & innocentiæ Diuinæ in tam duro certamine prodigia, ad huius portenti conspectum
Chrys. hõ. de Cruce, & Latrone nox infidelitatis in diem conuersa est, dum milites ex cœcis oculati impium facinus execran-
Matth. 27. tur, percutientes pectora sua: maius erit cœci-
Iob. 5. tatis nostrę portentum, si tamquam in nocte, in meridie charitatis ambulemus.

LAVS DEO.